



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De oecono mo ecclesiae, & de aliis cum eo, qui curent res ecclesiae. Capvt
LXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 325
ptem diaconi, qui ecclesiæ sumptu viuant, ac reliqui gratis ministrent. Et hic Canon non habet excommunicationem.

Hic Canon Canonem Synodi Neocæsar. testimonio Synodi Florentinæ actione septima, corrigit. illa enim iubet vt in ciuitate quamvis magna sint 7. diaconi; hæc vero, vt tot sint in ecclesia, quot ecclesia ferre possit; vt si plures scilicet non possit, sint saltem 7. reliqui gratis ministrent. totidem debere esse scripsit quoque Euaristus ante Synodum Nicænam, ad custodiam episcopi prædicantis; vt duo essent, sicut ego interpretor, ad dextram, duo ad sinistram, duo retro, & vnu a fronte. postquam non opus fuit custodire prædicantem, successit, vt puto, hic numerus curæ septipartitæ rerum ecclesiæ: vt in ecclesia Græca ex diaconis eligitur vnu magnus œconomus, alius magnus οἰκονόμος, hic curam habet sacrorum vasorum & vestimentorum. Alius curam habet sacrarum domorum sive monasteriorum; hic est magnus facellarius, alius seruat scripta & tabulas de iudiciis & causis; & hic vocatur magnus chartophylax. Alius habet curam sacrarum domorum quæ sunt in ciuitate, qui curat etiam ornatum altaris; hic vocatur facellarius, nos vocamus sacrificiam. alius curam habet de iis qui ad fidem redeunt, qui præest custodia legum sacrarum, & inquirit de homicidis, & aliis crimini bus. hic dicitur ὁροθέτης. Septimus est, qui istis omnibus præest, archidiaconus. Fortassis hæc fuit caufa, cur Synodus Nicæna statueret, vt septem diaconi essent in ecclesia, quæ tot alere possit, quod essent hæc omnia ab illis curanda. constitutio apost. lib. 3. Clem. c. 19. iubet, vt numerus diaconorum sit proportione multitudinis populi. hic habetur ratio ministerii obeundi; maior enim multitudo populi plures presbyteros requirit, & plures presbyteri plures diaconos, quia diaconi sunt ministri presbyterorum.

De œconomia ecclesiæ, & de aliis cum eo, qui carent res ecclesiæ.

C A P V T L X I I I .

Vt sit in vnaquaque ecclesia œconomus, & cum eo alii, qui habeant curam prouentuum & agro rum; & alii villarum & sumptuum quotidianorum; alii frumenti & leguminum; alii vasorum auri & argenti, & vestimentorum, ac ornamentorum ecclesiæ; alii habeant curam loci, in quo sancta eu charistia seruat; & quisque habeat curam eorum quæ sibi commissa sunt, idque cum timore Dei, &

Concil. Tom. 2.

Oo

ne inter eos sit, qui illum seruum nequam imitetur, ^{AN} qui talentum domini sui abscondit, & non est in eo negotiatus ; quem iratus dominus in tenebras exteriores mitti iussit. Et hic Canon caret excommunicatione.

De officio in ecclesia horarum diurnarum & nocturnarum, & de oratione pro omnibus qui eam ecclesiam gubernant.

C A P V T L X I V .

Vt in omnibus horis diurnis & nocturnis in principio & in fine orationis fiat cū deuotione memoria episcopi, & oretur pro salute eius, & vt oratione eius populus adiuuetur. Sabbato autē & diebus festis, quando sunt sancta super altare posita, diaconus memoriam faciat, nominatim primum patriarchæ, deinde archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi, archipresbyteri, archidiaconi, quia isti sunt gubernatores ecclesiæ ; idcirco nominandi sunt ad altare in ecclesia, quandoquidem per eos omnia ecclesiastica administrantur, & ipsi sunt in ecclesia superiores. Et qui contradixerit, sit excommunicatus.

De ordine ducendi funus episcopi, chorepiscopi & archidiaconi, & de officio exequiarum.

C A P V T L X V .

Quando moritur episcopus, debent chorepiscopus & archidiaconus prāire funeri, vt si filii prāeant funeri patris : quando vero aliquis horum moritur, debet prāire episcopus, vt si pater prāeat filiis mortuis. & legantur in funere ea quæ doctores & sancti patres spirituales de oratione constituerunt : intersintque funeri omnes subiecti eis, si quidem vocabātur eorum omnium patres ; & nun-